



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita P. Iacobi Laynis Secundi Societatis Iesv Generalis
Alphonsi item Salmeronis Vnius in primis decem Socijs**

**Ribadeneyra, Pedro de
Coloniae Agrippinae, 1604**

Lutetiae Parisiorum quae gesserit. Cap. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11740

quod veri Catholici officium esse negaret, sermonem cum illis habere communem, ne aue quidem illis, si obdurarent esse dicendum.

Lutetia Parisiorum qua gesserit.

CAP. II.

Lutetiam inde profectus, pijs veteranos adderet in religione maiorum retinenda, misso omni novarum rerum studio, concionatus crebro est Italico sermone Aduetus tempore anni 1561. in D. Augustini æde: quæ res publicè Catholicis, qui frequentes aderant, confirmandis, hæreticis verò, qui primum irridendi gratia accesserant, in viam reuocandis utilis fuit: magna est enim in omnem partem veritatis vis. Gallice item in virginum Deo cōsacratarum templis differuit, tametsi linguæ illius nō satis peritus, pertinaci tamen studio, iuuandæ Ecclesiæ zelo adductus, euicit, didicitq;. Controuersias illic, & quæ ab hæreticis in dubiū vocari solēt exponere, piosq; cōfirmare

G 7 cœpit.

cœpit. Ad fructus dignos penitentię,
omnes hortari, precationemque affi-
duam, quę iratum Deum placaret,
auerteretque ciuiliū bellorum, se-
ctarumque nascentium flagella, me-
rito nostro immiffa. Religioforum
hominum familias lustrare, præposi-
tos appellare: rogare, quã vita, quã
doctrina ciuibus præirët, & precibus
fufis penitentiãque Deum propitium
reddere conarentur; collegia ad hæc,
vt sunt Lutetię quamplurima, obire
diligenter. His qui regerent, quatuor
potiffimũ in mandatis dare. Primum
ne quem adolescentem, doctoremue
moribus infamem domi paterentur;
De hinc ne quem difcipulorum con-
ciones hæreticorum audire finerent.
Tertio, fi quẽ hæretica labe infectum
noſſent, ijsdem in ædibus degere non
finerent. Denique vt facras quotidie
preces funderent, Deum precati pro
felici Gallici regni ftatu. Eccleſiaſtas
quoq; precipui nominis hortabatur
in Domino, verbi Dei gladio forti-
ter pugnarent, ſectariorumq; vt cœ-
perant cauſam iugularent; modera-

tionem

tionem tamen adhiberent, prudentiamque afferrent in concionem; ne tanquam seditiosi homines hæreticorum more male audirent. Idem Sorbonici gymnasij, lōge disciplinis ingenijque clarissimi doctoribus consilium dedit, difficillimis illis temporibus talētum à Deo creditum humine defoderent: Parochis auctor fuit, ignavia ne languescerent, aut steterent; sed ut canes pro domo Dei latrarent, lupos à grege arcerent, ne bonam causam præuaricando, aut tacendo deseruisse viderentur. Darent operam, ut crimine vacarent, potissimum verò libidinis, atque avaritiæ: quæ duæ vitiorum pestes sacris hominibus summa adferre dedecus soleāt. Senatores item, vrbisque Præfectum inuisere: hortari in religione maiorum, iureque administrādo constantiam adhiberent, & si saluā rempub. vellent, eos, qui Catholicam fidem tuerentur, omni ope, præsidioque iuarent. Hostes non metuere, licet armati obambulant, & gladium iugulo intētarent. Pedibus etiam sæpe nocte

nocte

nocte media iter facere per sylvas au-
sus, admirāti Polanco itineris comi-
ti, quod pericula non defugeret, recti
conscientia fretus, subridens respon-
dit: *Pius, inquit, mortem non timet,
quin exoptat potius. Næ ille igitur felix,
cui pro Dei causa mortem fortiter oppo-
tere datur.*

*Lugdunum socios retinendæ religionis
maiorum gratia mittit.*

CAP. III.

NON disputationibus tātum ge-
sta res, sed & ferro, armisque
grassati hæretici, pios incautos, ac
meticulosos opprimere cæperāt; ni-
hil nō aggredi, vt religionem maio-
rum, pacem, remq; publ. vexarent, &
si possent euerterent. LAYNES ma-
lo nascēti, pro viribus occurrēdū ra-
tus, ne, si inualesceret, tolli, vt solet,
ægre possit; huc cogitationes omnes
retulit, pijs vt in Gallia laborantibus
ne deesset. Collegia itaque Gallia,
tenui licet origine, publici tamē com-
modi gratia, vltro admisit. Deo, cu-
ius res